pro praemissis omnibus plenariam et sufficientem satisfactionem cedit et condescendit omne et integrum ius suum praemissorum omnium in personam eiusdem cessionarii sui et illius posterorum totaliter et plenarie transfundit transtulit et incorporavit prout praesentibus transfundit transfert et incorporat perpetuo. Per ipsum cessionarium suum et illius posteros hoc ius cessum praemissorum omnium cum universis beneficiis et praerogativis tenendi habendi possidendi summam praefatam tollendi levandi percipiendi de levata ac percepta quietandi ac pro ea si non fuerit soluta iure agendi praemissaque omnia et singula tanquam sua propria ad suos suorumque successorum quorumvis beneplacitum usum libere applicandi convertendi temporibus [illegible] Nihilominus memoratus genitus Generosus Stanislaus Drohoiowski suprascriptus Generoso Sebastiano Zakrzewski cessionario suo eiusque posteris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his actis castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae tanquam ibi valebit ac si ipsimet genitum transportata foret. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Actum in Castro Premisliensi Feria quarta ante Festum Sancti Jacobi Apostoli proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo

23/VII 1631

Drohoiowski Sosze cedit.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Stanislaus Drohoiowski a Drohoiow olim Generosi Kiliani Drohoiowski Succamerarii Terrae Premisliensis filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huicque autem iurisdictioni castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus

totaliter

totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac expresse recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo vallis de inscriptione Castri Capitanei Premisliensis per Generosum Adamum Dobrogostium Piotrowski olim Generosi Stanislai Piotrowski filium Illustri et Magnifico olim Nicolao Wolski de Podhayce supremo Regni Marsalco Crasnostaviensi Rabstinensi Olsztinensique Capitaneo super bona in possessione videlicet totam et integram sortem suam haereditariam in villa Dubnitzki in terra et districtu praesenti Premisliensi consistentem pro summa decem millium florenorum polonicalium modo venditionis et resignationis perpetuae facta et recognita. Tandem post mortem et de hac luce decessum sterilem praefati Illustris et Magnifici supremi Regni Marsalci in Magnificam Annam Euphrosinam in Szklow et Mysz Chodkiewiczowna olim Magnifici Procopii a Granow Sieniawski Vexilliferi Regni consortem relictam et Generosam Barbaram de Woysławice consortem Generosi Nicolai Pajgowski de Roxycze tum Reverendum Michaelem ac Generosos Martinum et Franciscum Morskie fratres inter se germanos iure naturalis successionis devolutam postmodum vero per eosdem Magnificam Annam Euphrosinam Sieniawska tum Generosum Nicolaum Pajgowski de Roxycze ius cessum et transfusum a praefata Generosa Barbara de Woysławice consorte sua legitima ad praemissum regnando habendum. Necnon Reverendum Michaelem ac Generosos Martinum et Franciscum Morskie sibi genitis actis praesentibus castrensibus Premisliensibus cessa et condescensa inscriptionibus iisdem tam originali quam cessionariis latius de praemissis in se obloquentibus. Necnon de summa praefata decem millium florenorum polonicalium ac bonis eisdem omnibus summa praefata et inscriptionibus praedictis oneratis parteque eorundem bonorum in tenutione et possessione per se hactenus pacifice continuatis. Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate cumque omnibus et singulis inscriptionibus praefatarum originalium et cessionariarum conditionibus punctis clausulis articulis vadiis intromissione evictione emundatione pacificatione ligamentisque et rebus summa praefata et bonorum summa eadem et inscriptionibus praedictis oneratis utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis et pertinentiis generaliter universis

nihil ex praemissis iuris Dominii proprietatis aut Cuiusvis Competentiae
sibi prorogatius pro se suisque successoribus aut aliis quipiam reservans et ex-
cipiens verum prout praemissa omnia et singula eundem regentem concernebant
ac eidem legitime serviebant. Jam ex nunc et de facto Generoso Nicolao
Socha et ipsius successoribus (accepta ab ipsis pro praemissis omnibus ple-
naria et sufficienti satisfactione) cedit et condescendit omneque et integrum
ius suum praemissorum omnium in personam eiusdem cessionarii sui et illius
posterorum totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout
transfudit transfert et incorporat perpetuo. Etiam ex nunc idem regens
Generosus Stanislaus Drohoiowski supradicto cessionario suo et illius
posteris in hocce ius cessum summam et bona praesentibus abscessa coram officio
praesenti dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque posses-
sionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio
praesenti additos die quacunque voluerint officiose acceptandam. Per ipsum
Generosum cessionarium suum et illius posteros hocce ius cessum sum-
mam et bona praesentibus abscessa tenendi habendi possidendi illisque
pacifice et quiete utifruendi ac ad vota sua ac suorum successorum quo-
rumvis beneplacita libere et effectualiter convertendi temporibus perpetuis
vigore praesentis iuris originalis sibi regenti ad praemissa servientis ex om-
ni latere ius complectentis et praesentis inscriptionis cessionalis et condescensionis
Debetque et tenebitur memoratus regens Generosus Stanislaus Drohoio-
wski prout se ac suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus ac
summis pecuniariis habitis et habendis memorato Generoso Nicolao So-
cha et ipsius posteris inscribit et obligat ipsum et illius successores
in eodem iure cesso summa et bonis praesentibus abscessis et ratione eo-
rundem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cu-
iuscunque conditionis status et sexus existentium ex persona et occasione
sua suorumque successorum tantummodo et non ultra exoriunda in omni iudicio
et officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere
intercedere ac eliberare indemnemque cum posteris reddere. Necnon
hocce ius cessum praemissorum omnium tam in toto quam in parte ab
omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
in eodem iure cesso per se regentem factis et faciendis tum etiam a

quibusvis

quibusvis aliis iuribus in hocce ius cessum summam et bona praesentibus ab-
scessa ex occasione sua suorumque successorum tantummodo importatis et im-
portandis luciis denique et fluctibus ac processibus iuris quibusvis in
quovis puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Judicio et
officio Regni obtentis et obtinendis ex occasione sua suorumque suc-
cessorum tantummodo et non ultra in eodem iure cesso praemissorum om-
nium productis et producendis emundare et eliberare mundaque et libera sem-
per facere. Actualem intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in
eisdem bonis praesentibus cum per Ministerialem et Nobiles officiose requisierit non dene-
gare imo tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere datamque et admissam
eandem possessionem et usumfructum praemissorum quovis modo tam per se quam per
suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec prae-
pedire. Ipsumque cessionarium suum et illius posteros in eodem iure cesso summa
et bonis praesentibus per se regentem abscessis tam in toto quam in quavis mi-
nima parte non iniuriari. Ita ut hocce ius cessum summam et bona prae-
sentibus abscessa idem Generosus Cessionarius suus cum posteris suis
quiete et pacifice vigore inscriptionis praesentis cessionariae tenere
et possidere queat temporibus perpetuis. Idque sub vadio Decem
millium florenorum pecuniae polonicalis per praefatum regentem Generosum Stani-
slaum Drohoiowski eiusque successores praefato cessionario et illius
posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum
tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succum-
bendo. Nihilominus memoratus regens Generosus Stanislaus Drohoiowski
supradicto Generoso Nicolao Socha et illius successoribus dat et concedit plena-
riam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem cessionariam ex his Actis
Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque
voluerint transferendi et transportandi tanti valebit acsi per ipsummet
regentem transportaretur. Cui quidem transportationi inscriptionis praesentis
modo praemisso fiendae memoratus regens se suosque successores in et super
bonis suis quibusvis omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis
praefato cessionario suo et illius posteris inscribit et obligat non con-
tradicturum imo eandem pro rato et grato suscepturum. Quibus similiter speciali:

Vadio Decem millium florenorum pecuniae polonicalis per praefatum regentem et eius
successores suprascripto cessionario et illius posteri ob contradictionem transpor-
tationi inscriptionis praesentis modo praemisso fienda ad soluendum succumbendo.
Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum ac prae-
aliqua parti ex praemissis non completa complendisque praemissis citatus
existens memoratus regens Generosus Stanislaus Drohoiowski aut
eius successores Ad instantiam suprafati Generosi Nicolai Socha et illius
posterum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu
suprascripto quoad rendum spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare iuri parere vadium praefactum lu-
ere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac teneri
se ac suos successores ad eaque omnia obligat cunctaque terminum primum perem-
ptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper pe-
remptorios dein infirmitatem pro maiori minorennitate successorum legatione
intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimentis ad Iudicium
vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad quietationem vltra processus terminos officii praefati Castrensis Premisliensis
dilationem sibi non suscipiens nullasque motiones appellationes ac earum
prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis
Euasionibusque suspensionibus fatalibus iuribus praesentibusque Terrestri bello conuentio-
ne et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo
Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Socha Drohoiowskie Debet

Comparens personaliter coram officio coram officio actisque praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Generosus Nicolaus Socha sanus mente et cor-
pore existens a Terrestribus districtibus iuribus iurisdictionibus quibus
quibusuis propriis et competentibus recedendo Huic autem iurisdictioni
Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem obtinet secum succes-
soribus bonisque suis granatis omnibusque totaliter et plenarie incorporando
et subiiciendo palam libere publice et expresse recognouit Quia ipse
Generoso Stanislao Drohoiowski Generosi Kiliani Drohoiowski Suc-

Camerani

camerani Terrae Premisliensis eiusque posteris summam Duorum millium
florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno Currentis quem-
libet florenum grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et
liquidi debiti mutuatique apud ipsum per se regentem pecuniis tenetur
atque debet. Quam quidem summam debiti Duorum millium florenorum
polonicalium idem regens Generosus Nicolaus Socha se suosque successores
inque super bonis suis granatis omnibus et summis pecuniarum habitis et
habendis eidem Generoso Drohoiowski et ipsius posteris inscribit
et obligat praesentibus hinc proxime et festo Conuersionis Sancti Pau-
li Apostoli proxime venturo dare soluere et coram officio actisque prae-
sentibus Castrensibus Premisliensibus reddi et in effectu reponere et relinquere.
ac repositamque et relictam rursus ab eoque officio non efficiendi bene nec
arrestare vel quouis alio modo impignorare sub vadio similis sum-
mae Duorum millium florenorum pecuniae polonicalis per eundem regentem aut eius
successores praefato Generoso Stanislao Drohoiowski et ipsius posteris
ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco su-
pra expressis ad soluendum succumbendo. Insuper idem regens Generosus Nico-
laus Socha eidem Generoso Stanislao Drohoiowski et ipsius poste-
ris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem
inscriptionem praesentem debitoriam ex his Actis Castrensibus authentice
depromptam ad Acta Terrae Premisliensis quandocunque voluerit
transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi
per ipsummet regentem transportaretur. Pro quo quidem vadio mo-
do praemisso ad soluendum succubito et summa ipsa praesenti non
soluta soluenda citatus existens memoratus regens Generosus Nicolaus
Socha aut eius successores Ad instantiam praefati Generosi Stanislai
Drohoiowski aut eius posterum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad rendum spe-
ctat mediante semper in primo citationis termino tanquam pere-
mptorio stare iuri parere vadium praefatum luere inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et teneri se suosque